Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



deuotionis quo ni[illegible] am suauis est dominus be
nignus qui sperat in e[illegible]. co. Sit
nobis dne reparatio mentis et corporis
celeste desiderium: ut cui exequium ac
honem seruam effectum. P. f. iii. ad
Rs. Quo cum adhuc romanos
peccatores essem: xpc pro nobis mortu
us est: multo magis nunc iustificati
in sanguine ipsius salui erimus a ira p
ipsum. Si enim cum inimici essemus re
conciliati sumus deo per mortem filii eius:
multo magis reconciliati salui erimus
in uita ipsius. Non solum autem sed et gla
mur in deo: per dnm xpm dnm nrm. s.
Illo. t: Dixit iohes ad ihm. marci.
Magister: uidimus quendam in nomi
ne tuo demonia eicientem qui non seq
tur nos: et prohibuimus eum. Hic autem
ait. Nolite prohibere eum. Nemo est
enim qui faciat uirtutem in nomine
meo: et possit cito male loqui de me.
Qui non est aduersum uos: pro uobis
est. Quicqs enim potum dederit uo
bis calicem aque in nomine meo qa
xpi estis: amen dico uobis non perdet
mercedem suam. Et quisquis scan
dalizauerit unum ex his pusillis cre
dentib: in me: bonum est ei magis
si circumdaretur mola asinaria col
lo eius et immergeretur: Et si sca
dalizauerit te manus tua: abscide
illam. Bonum est tibi debilem intro
ire in uitam: quam duas manus
habentem ire in gehennam in igne inextin
guibilem ubi uermis eorum non morietur
et ignis non extinguitur. Et si pes tuus
scandalizat te: amputa illum. Bonum
est tibi claudum introire in uitam: quam
duos pedes habentem mitti in gehen
nam ignis inextinguibilis: ubi uermis
eorum non moritur et ignis non extinguitur.
Et si oculus tuus scandalizat te: ei
ce eum. Bonum est tibi luscum intro
ire in regnum dei: quam duos oculos
habentem mitti in gehennam ignis
inextinguibilis ubi uermis eorum non
moritur et ignis non extinguitur.
Illo t: Accesserunt f. vi. s. math.
ad ihm quidam saduceorum qui negant
esse resurrectionem: et interrogauerunt
eum dicentes: Magister: moyses scrip
sit nobis: si frater alicuius mortuus
fuerit: ut accipiat uxorem fratris eius: et
suscitet semen fratri suo. Septem ergo
fratres erant: et primus accepit uxorem
et mortuus est sine filiis. Et secundus
accepit illam: et ipse mortuus est
sine filio. Et tertius accepit illam:
similiter et omnes septem: et non relique
runt semen fratri et mortui sunt. Nouissi
me omnium: mortua est et mulier.
In resurrectione ergo cuius erit uxor:
Siquidem septem eam habuerunt
uxorem. Et ait illis ihs: filii seculi
huius nubunt et traduntur ad
nuptias: illi uero qui digni ha